



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De Residentia eiusdem Cancellarij, & aliorum item.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

De Residentia eiusdem Cancellarij, & aliorum item.

**C**ancellarius suo per se fungatur of ficio. Ancellarius munus suum per seipsum in omnibus praestet, nisi cum valeridine aliquando impeditus erit; & illis exceptis, in quibus ob multitudinem negotiorum aliam ve causam, hisce constitutionibus, aut alia Archiepiscopi voluntate iudicione permittetur ut opera substitutorum.

Eo agrotan te, vel absente quando deli- gendus. Si vero diurna sit valetudo, ita ut eum impedit ab exercitio sui officij congrue praestante ultra annum; Archiepiscopus omnino euret alij id muneris committere.

Idem faciat, si ille absit à Ciuitate ultra sex menses continuos, vel interpolatos in uno anno; etiam ex legitima causa, & facultate.

Ne ei à Ciuitate abesse, etiam modico temporis spatio liceat, sine licentia Archiepiscopi.

Interim dum vel abest, vel agrotant Cancellarius, vel nondum statutus est; officium exerceatur per unum ex ordinarijs ab eodem Archiepiscopo eligen- dum, licet conditiones non habeat supra requisitas; dummodo Notarius sit, quo ad ea quae Notarij operam necessaria requirunt.

Licebit tamen Archiepiscopo deligere alium etiam ecclesiasticum hominem, qui ordinarius non sit; si ita ipse Archiepiscopus expedire iudicauerit, qui Vicecancellarius vocetur; id vero ad sex menses liceat: quo temporis spatio, vel cancellarium ex ordinarijs deligat, vel ordinarium ad illud exercendum officium per aliquid tempus constitutat.

Eius vero Vicecancellarij, vel constituti loco Cancellarij nomine omnia agantur in cancellaria, sicuti de cancellario praescribitur.

Idem seruatur, quo ad promulgationes literarum Apostolicarum, vel Pastoralium, & huiusmodi facendas in ecclesia, quo tempore Cancellarius electus nondum erit in Sacro ordine constitutus.

Notarij suo loco respon- santi. Notarij substituti Archiepiscopalnis Cancellarii tam ciuilium quam crimi-

naliū causarū, atque aliarū voluntariae iurisdictionis expeditionum scriptores, etiam in loco ipsis constituti assidue residenceant pro eorū officio exercendo; nec discedant inconsulto Cancellario.

Singulis diebus, exceptis dumtaxat festis de precepto, officio assistant, & incumbant perpetuo; nec die solum, sed nocte etiam, ut res ac necessitas requirit, & Cancellarius, vel Vicarij Archiepiscopales iussarent.

Temporibus vero aliarum feriarū quis nomine institutarum, quae ex precepto in festa coli non debeant; & si residere in loco audiencie non debeant, tamen omnes intersint in Cancellaria; ac ibi tum scriptoribus omnium rerū, tum varijs expeditionibus, quas in dies fieri contigerit, ex Cancellarij iusu incumbant.

#### De Cancellarij officio.

**C**ancellarij officium sit, cōfēctio, & expeditio omnium literarum tam priuatarum quam etiam patentium, de cretorum, ordinationum, constitutionū, instrumentorum, omniumq; rerum voluntariae iurisdictionis; quas fieri contigerit per Archiepiscopum, eiusq; Vicarios, Visitatores, Praefectos, & alios quoflibet ministros iurisdictionem habentes, qui faciunt idē Tribunal pertinens ad regimen S. Metropolitanæ ecclesiae Mediolanensis, eiusq; prouinciae.

Omnia item acta iudicialia, tam ciuilia quam criminalia, cōstituta etiam, & cetera quæcumque occurrentia in causis, & pro illarum expeditione.

Instrumenta pertinetia ad Mensam Archiepiscopalem.

Quæ item pertinent ad Seminarium, Seminariave Clericorum.

Instrumenta alia, quæcumque in officio Cancellariæ fient.

Præsentationes Breuum, Bullarum, mandatorum, literarum, scriptorum, expeditionumque quarumcumque, quæ à Sanctissimo D. N. Papa, ab eiusque Sancta Sede Apostolica, & Curia Romana, ad Archiepiscopum, & officiales Curiae, & fori Archiepiscopalnis dirigi contigerit: licebit tamen per alios Notarios,